

1501. 23^a Julii.

Ex Ms. Auth. Rom. Aug. Regis.

413.

Vladislaus Rex Ungarie et Bohemie Fri-
derico Cardinali Italici S. Lucie Archiepiscopo
Gnesnensi Primate Episcopo Cracoviensi.

67

Restat Charissime Frater, ut postea quam Deo vi-
placitum est, quod profatus Serenissimus Frater
noster ex hac vita emigraverit, ut de Statu illius Re-
gni Polonie, et partium sibi subiectarum matur-
rius provideatur hoc autem nulla re facilius et pro-
fectuosius fieri Iudicio nostro poterit, quam si
ipse Illustrissimus Princeps Dominus Sigi-
smundus Dux in Regem eligeretur. Rogamus
itaque Dominationem Vestram Illustrissimam et Amam
quo meliori modo res illius Regni perpetuo diri-
gantur, et status illius Regni in bona pace et qui-
ete sine aliquo ulteriori motu et turbatione mane-
at, agat, et provideat omni conatu, ut predictus Illu-
strissimus Dominus Sigismundus Frater noster
in Regem illius Regni eligatur cuius Regi qua-
vis plures existant cause et rationes illi Regno et
omnibus nobis valde utiles et honorifice, quas pro
nunc ob prolixitatem perscribere super sedemus,
tamen hanc viam precipuam Dni Vre Illustris-
sime et Amice significandum ducimus, quod quia idem
Illustrissimus Sigismundus Dux Frater noster
per hec tempora, quo huius apud nos egit, incredibi-
lem sibi favorem et amorem tam huius in Hunga-
ria quam in Bohemia comparavit et reconlivi-
vit, mirumque in modum ab omnibus ob singula-
res suas virtutes diligitur. Si igitur ipse in Regem
eligeretur, procul dubio omnia ista Regna, in omnibus
illius Regni et omnium vestrorum necessitatibus
libentis

libentissime semper subvenirent, et ubique res suas
promoverent; nec secus hi Dni in partem Hungari
tenerent, ac si aliquis ex hoc Regno in Regem illig
Regni fuisset Electus, perpetuoque illi Regno affi-
cerentur et quodam modo viderentur, Ista Regno
omnia esse unita, quod cederet in maximum illius
Regni emolumentum et utilitatem, quod tamen mi-
nime sequeretur si Illustrissimus Dominus
Alexander Magnus Dux Litvanie eligeretur
Frater noster, qui ipsis omnino est in cognitus etc.
Datum Buda secundo Die Festi Visitationis
B. M. V. Anno 1501.